(1R, II. Forts.)

honestas estimatur. Cumque hec prelati et
subditi alterutrum sibi inpendunt caritatis
recreacionem appellant. Sed mentita est
iniquitas sibi. quia procul dubio ut dicit
beatus Bernhardus. in appollogia. Ista caritas
vestivit caritatem. Ista discrecio discrecionem
confundit. talis misericordia crudelitate
plena est. qua videlicet ita corporibus
indulgetur ut anime iugulentur. Revera
non est misericordia, sed crudelitas. Non
caritas sed iniquitas. Non discrecio sed
confusio. Non recreacio corporis, sed anime
debilitacio. et virtutum enervacio. V. 13
inutilis carnis concupiscenciis in- a. Ras. corr.
servire. et neglecta anima in excolendis
virtutibus nullam operam dare. Tali
nempe inordinata ordinacione Petro Damiani
attestante et conquerente in appologia
sua. Ordo noster a suo statu collapsus
miser iacet et monastica disciplina solo-
tenus reclinata ab illa celsitudinis sue
perfeccione languescit. Periit pudor. Hone-
stas evanuit. Religio recidit et velud
fracto agmine omnium sanctarum virtutum
turba procul abscessit. Omnes enim
ut inquit apostolus que sua sunt querunt
~~sunt~~. et contempto celesti linkor.
desiderio terrena et carnalia insaciabiliter
concupiscunt. Sicque factum est ut in